

De diebus festis. Cap. XIII. 77

rum eius, de quibus in c. conquestus, extra, de fer. glossa, in verbo, fetiarum, in Clem. sapé, de verb. signific.

Sexto notandum est, quod conuenienter traditum est inter præcepta diuinæ præceptum de obseruatione aliquius diei, scilicet Sabati, in quo specialiter vacandum est Deo, iuxta S. Thom. secunda, secundæ, q. 122. art. 4. & abstinentium ab operibus seruilibus, secundum illud Leuit. 23. Omne opus seruile non facies in eo, opus tamen autem seruile dicitur, à seruante. Est autem triplex seruitus, vna quidem, qua homo seruit peccato, secundum Io. c. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati: & secundum hoc, omne opus peccati dicitur seruile. Alia uero seruitus est, qua homo seruit homini, secundum corpus. Tertia autem est seruitus Dei, de qua Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia, & secundum hoc opus seruile, posset dici opus latriæ, quod pertinet ad Dei seruitorum. Quibus sic positis, constituamus plures Decisiones, quarum

Prima: secundum diuersitatem eorum, 7 quæ geruntur, diuersimode dies tamen incipit, & terminatur, quia quantum ad officiū celebrationem, de uestespera in uestepat sit computatio, ut in c. 2. in princ. extra, de fer. Quantum uero ad ordinandum, incipit dies à uestespera, & finit in mane sequenti, ut 75. distinet. c. quod à patribus. Quo ad iudicandum, incipit ab ortu solis, & finitur in occasu, cum iam iudex pro tribunali honestè sedere non potest, ut extra de officiis delegat. cap. consuluit. Quo ad soluendum, siue quo ad contractus, dies incipit à medietate noctis precedentis, & finitur in medietate noctis sequentis, ut in dicta Decret. consuluit, & ff. eo. tit. I. more Romano. Quo ad trengas obseruandas, dies incipit ab ortu solis, & finitur in occasu, ut extra de treng. & pace, cap. 1. Quo ad esum carni, incipit post coenam, c. de esu, de consecr. dist. 3. glo. in c. 2. de fer. licet glossa te nuerit contrarium in cap. 1. de consecr. distin. 3.

Secunda, licet diebus festis abstinen-
dum sit ab operibus seruilibus, tamen
8 quædam sunt officia, tamen humana ne-
cessitas festiū diebus exigit exerceri, ut
officium coquendi, scribendi, & prepa-
randi cibaria, & hac necessitate excusan-
tur coqui, laniones, scriptores. Præterea
si magna necessitas ita efflagitauerit, nul-
lum seruile opus est, quod in festiū die-
bus non licet exercere: omnia autem spi-
ritualia sine necessitate licet facere in die-
bus festis, ut est, lectiones doctrinæ scho-
laribus legere, & in libris studere, & præ-
dicare, arg. c. irreligiosa, de consecr. dist. 3.
Archid. in c. peruenit, num. 3. & in c. icu-
nia, de consecr. dist. 3.

Tertia, cum ut suprà diximus debeamus abstinenre ab omni seruili opere, Hinc sit, ut à mechanicis, agriculturis, & ab aliis secularib. negotiis, tamen scilicet mercaturis, iuditii, sacramentis, abstinenre debeamus, cap. 1. de feriis. Verum quo ad mercaturas, adeo procedit, ut etiam contraria consuetudo non excusat, cum sit prava, non excusat inquam à pena spiri-
tuali, licet bene à pena temporali, ut tra-
dit Abb. in cap. cum venerabilis, de consu-
etu. nā licet mercatura in se nō sit pecca-
tum, tñ de facilis in mercatura incurritur
peccatum, cum difficile sit inter ementes,
& uendentes non interuenire peccatum,
cap. qualitas, de penit. dist. 5. unde pro-
pter propinquitatem ad peccatum, prohibi-
etur saltem his temporibus. Simile in
cap. eti. Christus, de iure iurando. Item
abstrahuntur homines à contemplatione, & veneratione Creatoris, cui debent insistere his diebus; ex causa tamen posset mercatus concedi his diebus, arg.
text. in cap. licet, & cap. fin. extr. de fer.
Pariter nec diebus festiū licet iudicare, unde nec sententia lata, nec judicialis
processus factus in festis ob Dei reveren-
tiani seruandis, etiam, si partes conser-
vant, tenent: nisi necessitas cogat, ut si
res esset tempore peritura, uel pietas suadeat, ut si sit causa debilium, uel misera-
bilium personatum, & hoc in diebus ex-
piensis, extra, cod. cap. conquestus; illis
autem